

rus roborat, verbum δεξαδαι non passivè  
 sed activè, scilicet per  $\text{נקבלן}$  excipere, expri-  
 mens. Contra verò si verbum δεχθῆναι  
 hoc loco passivè accipiendum esset, tum  
 ex proprietate & idiotismo sermonis Græ-  
 ci dicendum foret: τὸν χειρὸν δεχθῆναι ἔργ-  
 ῶν vel τῷ ἔργῳ. Falsò ergò Calviniani vo-  
 cem δεξαδαι passivè interpretantur & in-  
 de volunt concludere: Christum non es-  
 se ubiq;. Christus enim non capitur à cælo,  
 sed capit cælos. Confer L. C. Chemnitii vol. 3.  
 p. 425. L. C. Hütterip. m. 194. Erasm. Schmid.  
 ad N. T. p. m. 796. Phil. Sobr. Meisneri part.  
 1. p. 412. Matth. Sophist. p. 85.  $\text{E}$ , si vis, Pa-  
 ranesin meam ad studia Linguarum p. 173.

15. Si hæc est vita æterna, ut cognoscamus Pa-  
 trem esse illum solum verum Deum,  $\text{E}$   
 quem misit Jesum Christum, tum solus Pa-  
 ter est verus ille Deus.

Sed verum prius Job. 17. 3.  $\text{E}$ .  $\text{E}$  posterius.

Resp. Photiniani referunt particulam ex-  
 clusivam (solum) ad Subjectum videl. ad  
 Patrem, & illum solum volunt esse verum  
 Deum, non Christum; sed ex mente tum  
 Evangelistæ, tum totius Scripturæ S. est